

APPENDICES

A. 1.

Documentum die 12 II 1635 editum, adiunctum instructioni Mario Filonardi a Congregatione de Propaganda Fide datae.

Documentum pertinet ad collegia pontificia, quae nuntius visitabit. Cum singulae provinciae sua collegia habeant, opera est danda, ne alieni discipuli recipiantur; iusiuranda discipulorum Congregationi mittenda sunt; rectores mense Ianuario uniuscuiusque anni indices discipulorum conficere debent, quibus edocetur de aetate, natione, lingua patria, numero discipulorum, numero eorum, qui collegium reliquerunt, non omisso, etc.

Cop.: AV, Misc.Arm. III 36 f. 431r-v. In 432v „Istruzione dalle diligenze the devono farli nuntii circa li Collegii Pontifici, che sono nelle loro nuntiatione. A.”

Istruzione generale circa li Collegii Pontificii per servitio della Sacra Congregatione de Propaganda Fide.

Circa li Collegii Pontificii devono li Nuntii far l'infrascritte diligenze ordinate dalla Sacra Congregatione de Propaganda Fide.

Prima. Vedere se conforme le foundationi si ricevono in essi gl'Alumni delle Provincie per li quali essi Collegii sono stati fondati, e trovandosi alcuni di Provincie diverse dalle notate nelle foundationi, devono informarsi della causa perché siano stati ammessi, a di essi a della causa avvisarne la Sacra Congregatione.

2° devono informarsi se agl'Alumni vien dato il giuramento perscritto dalla medesima Sacra Congregatione, il qual si troverà negl'Archivii delle Nuntiatione overo presso li Rettori di essi Collegii, a trovando che non si dà o si differisca, oltre il tempo prescrito dalla medesima Sacra Congregatione, ne daranno avviso.

3° Se ne Coleggi vi saranno convittori et essendovene se paghino la convenuta provissione inanzi tratto, come s'è ordinato, a se li troveranno debitori alli Collegii, li perfigeranno qualche termine a sodisfare, dopo il quale, non sodisfacendo ne darà avviso alla Sacra Congregatione per ricever gl'ordini che saranno negotii, sì per sgravar li detti Collegii, come haver le provissioni decorse a non pagate.

4° Ogn'anno nel mese di Genaro si faranno da Rettori rendere il conto del dare e del havere dell'anno precedente, colla nota del numero degl'alumni, colli loro nomi, cognomi, patrie, età, e studii, e [431v], le lingue che sapranno, li quali conti e nota de gl'Alumni con li sudette particolarità, le manderanno alla medesima Sacra Congregatione.

5° Colla nota degl'Alumni dovranno li Rettori significar il numero di quelli, che o compiti o non compiti gli studii, saranno usciti dalli loro Collegii, et il luogo, ove si saranno trasferiti, e l'impiego che havranno trovato, e se alcuno di essi havrà fatta qualche notabile attione, o stampati libri, di questo anche ne daranno conto, acciò li Nuntii possono di detti attioni a libri avvisar la Sacra Congregatione.

6° Se bene nella formula del giuramento che si dà agl'Alumni de' Collegii Pontificii secondo a' Nuntii di poter dispensare con essi, che non ostante detto giuramento possino farsi Religiosi. Vostra Signoria però non si valerà di questa facultà, se prima avvisata la Sacra Congregatione dell'Alunno, che domanda la licenza di entrar e professar in qualche Religione, non havrà da quella nuovo ordine.

A. 2.

Documentum die 12 II 1635 editum, adiunctum instructioni Mario Filonardi a Congregatione de Propaganda Fide datae.

Praecepta Congregationis ad unionem cum archiepiscopo Leopoliensi Armenio initam pertinentia. Capita singula pertinent ad: vinum cum aqua in Eucharistia miscendum, Trisagium, fidei professionem Nicensem, nomina sanctorum in missis invocanda et dies festos additicios. Archiepiscopo mandatur, ut cum iis, qui unioni non favent, sapienter agat, ut saepius in sede sua commoretur. Conceditur, ut episcopos suffraganeos Camenecensem, Luceoriensem, Kioviensem et Valachum creet.

Cop. contemp.: AV, Misc.Arm. III 36 f. 456r-457v.

Ed. fragm.: Collectanea S. Congregationis de Propaganda Fide seu Decreta instructiones rescripta pro apostolicis missionibus, Romae 1907, vol. I, p. 24 n. 81.

Die 30 Januarii 1635¹.

Fuit Congregatio particularis super Unione Archiepiscopi Leopoliensis Armeni in Palatio Eminentissimi Domini Cardinalis de Cremona² cui interfuerunt

¹ De hoc documento cf. G. Petrowicz, L'unione degli Armeni di Polonia con la Santa Sede (1626–1686), Roma 1950 (Orientalia Christiana Analecta 135), p. 69-72; praeterea cf. instructionem de eadem re die 21 XI 1634 emissam; AV, Misc. Arm. III 36 f. 454r-455v.

² Petrus Campora alias Camporus (obiit 1643), card. a. 1616, epus Cremonensis ab a. 1612.

cum Eminentia Sua Domini Cardinales Pamphilius³, Brancatius⁴ et Burghesius⁵, et Reverendissimi Domini Datarus, Magister Sacrii Palatii, et Herera⁶ et admodum Reverendi Patres Abbas Hilarion, et Vincentius Ricardus Theatinus. In ea primo proposita quaestione circa Liturgiam Armenorum an scilicet in Calicem consecrandum possit non admisceri aqua. Congregatio censuit, non esse permittendum Armenis ad Unionem cum Sacra Romana Ecclesia venientibus, ut cum solo vino Sacrificium missae peragant, ob plures rationes.

– Prima est quia licet huiusmodi mixtio aquae cum vino non sit de necessitate Sacramenti, sed tamen ex praecepto ecclesiae, super quo dispensare potest Papa; nihilominus, quia aqua in vino consecrando miscetur ex traditione Apostolica, idque Christum fecisse ex testimoniis Sanctorum. Patrum creditur, nullo modo debet huiusmodi ritus sacrificandi tollerari, aut Armenis permitti.

– Secunda est quia ritus huiusmodi Armenorum, aut involvit haeresim Monophysitarum; aut saltem de illa est suspectissimus: Nam Nicephorus libro 18 suae Historiae Cap. 53 clare dicit Armenos solum vinum consecrare, ut per hoc ostendant, unam esse tantum in Christo Domino naturam.

– Tertia est quia Sacrum Concilium Florentinum in instructione ad Armenos per verbum decernimus, Armenis unitis iubet, ut parum aquae in vinum misceant in sacrificio.

– 4^a est quia semper Armeni petierunt a Sede Apostolica, ut ritus huiusmodi eis permitteretur, et nihilominus id semper eis fuit negatum, nam Gregorius septimus, ut in eius epistola prima lib. 8, Alexander tertius, Calistus tertius, Eugenius tertius, Eugenius quartus in dicto Concilio Florentino, Joannes vicesimus secundus, Benedictus undicesimus, et demum [456v] Paulus quintus in suis Apostolicis litteris ad Melchisedech Patriarcham nuncupatum catholicum, qui hunc Archiepiscopum Leopoliensem consecravit, huiusmodi ritum permittere expresse renuerunt.

– 5^a et postrema est, quia Lutherus huiusmodi ritum probavit, et Calvinistae eundem observant in sua coena et si Armenis permitteretur praedictus ritus in Regno Poloniae, Calvinistae, qui in eo non pauci reperiuntur, Romanam Ecclesiam calumniarentur, quod scilicet mutaverit sententiam et cum eis sentiat, et cum hac resolutione concordat Can. 24 Concilii Carthaginensis tertii sub Siricio Papa et caput primum, secundum, et tertium de Consecratione discriptione secunda.

³ Ioannes Baptista Pamphilius (Pamfilii), card. 1626, obiit 1644?

⁴ Brancatius, Brancaccio Franciscus Maria (1592–1675), card. Viterbiensis ab a. 1638, socius multarum congregationum, in quarum numero fuit Congregatio de Propaganda Fide.

⁵ Petrus Maria Burghesius (Borghese) (1599 vel 1600–1642, card. ab a. 1624.

⁶ Franciscus Herrera, secretarius brevium (1579–1635), Kraus, p. 172–173; Pastor, p. 255.

2^a Proposita secunda quaestione circa eandem liturgiam, an ad Trisagium possit addi qui pasus pro (^a-[Nobis]-^a) Congregatio negative respondit; nam in proposita liturgia fol. 14 decantato Trisagio in honorem S.mae Trinitatis adduntur proposita verba secundum Theopaschitarum Haeresim, damnatum in Concilio Romano sub Felice Papa, et licet in alio loco ad personam filii applicetur, nihilominus, per ea, quae fuerunt aliter considerata in Congregationibus particularibus de professione fidei pro Orientalibus, Trisagium ab Angelis traditum et in honorem, et glorificationem S.mae Trinitatis decantari solitum, non videtur posse formaliter attribui Christo Domino, Uni scilicet tamen personae eiusdem S.mae Trinitatis. Nec valet fuisse concessum maronitis, quia, ut dixit Abbas Hilarion, qui correctioni librorum maronitorum interfuit, alio modo in propositis libris Hymnus glorificationis propositus concipitur, et non fuit etiam ille modus expresse a Sede Apostolica probatus, ut ex *Historia totius negotij*, quam dictus Pater Abbas Hilarion retulit, probavit.

3^a Proposita tertia quaestione circa eandem Liturgiam, an symbolum fidei Nicenum [457r] possit adhiberi diversum a Latina et Graeca versione. Congregatio respondit negative. Nam in primis symbolum, quo utuntur Armeni, aliquas additones habet, quae non carent errore; et insuper diminutum est et mancum in aliquo loco. Deinde Sacrum Concilium Florentinum ut in Bulla Eugenij quarti 19 § (^a-...-^a) iubet Armenis, ut Symbolum Constantinopolitanum sicut apud Latinos mos est, inter missarum solemnias decantent.

4^a Proposita quarta quaestione circa propositam Liturgiam, an possint in missa commemorari sancti: qui neque sunt in Martyrologio Romano, neque in Menologio Graeco, Congregatio censuit circa hanc quaestionem nihil posse decerni, nisi Archiepiscopus tempus, quo sancti in Liturgia nominati floruerunt, signet, et historias probatas ostendat. Quod eidem Archiepiscopo iniungendum erit, ut faciat.

5^a Proposita ultima quaestione, an quadam festa possint Armeni celebrare extra dies praescriptos et receptos apud Latinos et Graecos, Congregatio respondit negative, quia habemus circa illa determinationem praefati Sacri Concilii Florentini, ut in dicta Bulla Eugenii quatri. § 19. a'qua [sic] non est recedendum.

6^o Proposito dubio, an iniungendum sit praefato Archiepiscopo, ut quam [^a-primum-^a] ad proposita omnia Armenos eius subditos, qui cum S.R.E. uniri voluerint, cogat, Congregatio dixit praefatum Archiepiscopum prudenter hac in re debere procedere, eumque monendum esse, ut in primis pueros instrui curet in Catholica Fide, quia hi postea facilius proposita omnia observabunt.

7^o Actum fuit de expeditione praefati Archiepiscopi, ut quam primum poterit, ad suam se conferat residentiam, ne Schismatici Armeni Catholicos, qui eum sequuntur, pervertant, aut ecclesias eorum occupent, et circa hoc Patres Congregationis convenerunt in infrascriptis conclusionibus.

Primo quia Liturgia Armenorum habet aliquos plures errores, ad eosque exarandos longiori tempore indigent Theologi deputati, posse S.D.N. iubere, ut praefatus Archiepiscopus rursus profesionem fidei emutat iuxta formam novissime Orientalibus praescriptam coram aliquo, aut aliquibus [sic] Cardinalibus.

2° Praefatum Archiepiscopum a Melchisadech eius Patriarcha creatum et consecratum confirmari posse auctoritate cum bullis confirmationis gratis expediendis.

3° Pro eodem Archiepiscopo expediri posse Breve, ut auctoritate Apostolica possit creare quattuor episcopos catholicos suffraganeos in sedibus vacantibus, in quibus erant prius, videlicet Camenezensi, Lecoriensi, Chioviensi, et Vallachiensi, ne Patriarcha Schismaticus illas sedes Episcopis Schismaticis repleat.

4° Et postremo factis praefatis episcopis caetera quae circa Unionem publicam Armenorum Provinciae Leopoliensis in alia Congregatione tractata fuerunt, posse melius terminari, quia tunc etiam liturgia erit correcta, et Archiepiscopus cum episcopis magis solemn[ter] p[re]fatam Unionem facere poterit.

(^{a-a}) verba illegibilia

A. 3.

**Vladislaus IV rex
card. Francisco Barberini**

Vilnae, 12 IV 1636

Vladislaus IV respondet cardinali, qui sibi Marium Filonardi novum nuntium commendavit.

Or.: BV, Barb.Lat. 6609 f. 104r. In f. 113v inscriptio cursualis, sigillum bene asservatum et summarium alia manu scriptum.

Vladislaus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Mazoviae, Samogitiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czernichoviae qui necnon Suecorum Gottorum Vandalorum que haereditarius Rex, Ill.mo ac Rev.mo in Christo Patri Domino Francisco Barberino SRE cardinali, Amico nostro char.mo et honorando salutem et omnem felicitatem. Ill.me et Rev.me in Cristo Pater amice N.ro char.me et honorande.

Respondit tam SS.mi Domini nostri, quam Illustritatis V.rae commendationi Rev.mus Philonardus, Archiepiscopus Aveniensi, [sic] ad nostrum Regnum missus nuper Nuntius.

Nam omnia, quae de illo in utriusque litteris scripta sunt, ita elucent, ut vel ipso muneris sui initio plurimum sibi opinionis et favoris apud nos conciliavit. Vicissim itaque Illustritati V.rae commendamus petimusque, ut tanto maiorem Illustritatis V.rae sentiat benevolentiam, quanto longinquius abest et graviores in hisce Regionibus amplitudines locorum longe protensis eum sustinere est necesse. Quod Illustritatem V.am vel sua sponte et in virum praestantem propensione facturum non dubitamus. Cui omnem felicitatem et optimam valetudinem precamur. Datum Vilnae die duodecimo Mensis Julii Anno Domini MDCXXXVI Regnorum nostrorum Poloniae Sveciae etc.

(^a-Vladislaus Rex^a)

(^{a-a}) manus ipsius regis

A. 4.

Congregatio Sacrorum Rituum Mario Filonardi

[Romae, 1637]

Episcopus Vratislaviensis respondet praeposito Strzelnensi, qui rogavit, ut sibi mitra uti liceret (nuntius et Congregatio rem diiudicant).

Min.: BV, Vat.Lat. 8473 vol. 1, f. 38r-39r. In f. 40v – „1636. La Congregazione de' Riti de' 4 d'Agosto a 19 di Dicembre”: Si chiede conferma sopra l'esposto dal Preposto per haver l'uso de Mitra a Baculo Pastoralì”. „Al Molt'illustre e Rev.mo Monsignore come fratello il Nuntio di Polonia”.

Ad Puncta ab Ill.mo ac Rev.mo D.no Domino Archiepiscopo Avenionensi, Nuntio Apostolico⁷, in negotio Praepositi Strzelnensi⁸, Ordinis Praemonstratensis, pro perpetuo mitrae et baculi usu supplicantis ex commissione Sacrae Congregationis Rituum, mihi tanquam loci ordinario proposita, responsio. Ad 1. Etsi ex primaeva Praepositurae Strzelnensis fundatione cura animarum ipsi Praeposito competat, nihilominus cum gravissimae aliae praefatae Praepositurae occupationis et functiones patiantur, ut per se ipse eandem

⁷ Cf. N. 164; BV, Vat.Lat. 8473, vol. 1, f. 37r.

⁸ Samuel Sierakowski, praepositus Praemonstratensium Snenensium in dioecesi Vratislaviensi, etiam parochus a. 1630–1635 vel 1637, obiit 1684; Lexicon Geographicum Regni Poloni, t. XI, p. 464, 467, 469.

exerceat Vicariam in hoc, alii tam regulares quam saeculares Sacerdotes et prestant operam et hoc gerendae curae munus, a quoad alia Sacramenta ecclesiastica in eadem Ecclesia suppleant, praeter quod baptismi administratio et nuptiarum benedictio ab Antecessoribus moderni Praepositi eo quod cum infantes baptisandi huc defferentur vel matrimonia ad benedicendum induceren[tur] multa incommoda cum Psalmodiae ecclesiasticae et Sanctimonialium hora scaventium distractione suboriri solebant, ad Ecclesiam Sancti Spiritus translata sunt⁹.

Ad 2. Reddituum non est eadem singulis annis ratio et quantitas cum pro ubertate et sterilitate agrorum nunc maiores, nunc minores colligi possint. Habet tamen tantos qui et ad honestam sustentationem et dignitatem sustinendam sufficiant nec minores 10.000 flor[enorum] existant.

Onera autem haec habet: In primis sarta tecta tam Ecclesiae quam Monasterii et murorum Ecclesiae et Monasterium ambientium tenere. Deinde Monialibus suis quae satis numerosae fereque omnes nobili genere ortae habent et quae etiam pagos propinos ex quibus redditus colligunt a pagis Praepositi destinatos habent victualia quaedam iuxta ordinationem Rev.mi olim Laurentii Gembiski¹⁰ [sic], episcopi pro tunc Vladislavien[si] et Pomeraniae ex speciali Sanctae Sedis Apostolicae commissione factam subministrare. Sumptus praeterea necessarios pro deffensione bonorum suae Praepositurae nec non limitum suppeditare incuriasque subditorum propulsare et quoties exigit necessita[s] litigantium potentiae sese opponere.

Ad 3 (a...-a)

[...] [38v] propagata videlicet Zuccovien[ses], Lanciense[s]¹¹ inmedite subsunt. Regulares vero in dicto Strzelnensi Monasterio, nunc plures pauciores pro exigentia temporis communiter tamen sui ordinis 4, ulterius vero duo residere solent.

Ad 4. Extra omnem controversiam est Ecclesiam praedictam Strzelnensem decenter edificatam omni supellectili sacra argento, auro apparamentis vasisque pretiosis ornata et instructa esse. Tertium vero Monasterium cum omnibus tam Praepositi quam Sanctimonialium aedificiis benemunitum et muro undaquaque septum.

⁹ De supplicationibus ad sollemnia pertinentibus, quae a nuntiis adiutae sunt et ad Congregationem missae, plurima disputavit W. Gramatowski SI, Polonica liturgica in Congregatione Sacrorum Rituum a. 1588–1632. *Studia ad Curiae Romanae historiam pertinentia*, series „Bobolanum” 13, Facultas Theologica Societatis Iesu Varsaviensis, Provincia Maioris Poloniae – Masoviensis Societatis Iesu, Romae, Varsaviae 1988; supplicationes parochorum Snenensium, ibidem, documenta n. 8, 64, 153, 216 sqq.

¹⁰ Laurentius Gembicki (1559–1624), epus Chelmensis a. 1600, administrator apostolicus dioecesis Pomesaniensis a. 1601, epus Cuiaviensis-Pomeranus a. 1600, aepus metropolita Gnesnensis, primas Poloniae a. 1615. Vitam eius scripsit A. Przyboś, *Lexicon Biographicum Polonorum*, t. VII, p. 382-384.

¹¹ Sucoviae et Lenciciae monasteria Praemonstratensium vel Norbertanarum fuerunt.

Ad 5. Praeter Regulares superius recensitos nunquam pauciores tribus seculares presbiteri in dicta Ecclesia deserviunt organarium ad haec et Schola Rectore, Cantores Musicos tam vocales quam instrumentales pro decore Ecclesiae et ornamento quotquot sunt necessarii alit et sustentat Praepositus.

Ad 6. Praeter op[p]idum Strzelnen[sem] pagos habet duodecem, in quibus subditi si cum oppidis ^(b-...-b) plures quam ducentos triginto octo numerantur quesita in temporalibus per privilegia a Serenissimis olim Regni huius Principibus sibi et monasterii concessa subiectos habet ut nullum alium agnoscat superiorem et a nemine preterquam in causis fisci et laesae Maiestatis crimine in Jus trahi possint.

Ad 7. Concessio mitrae et baculi pro qua Nos Sanctae Sedi Apostolicae ad condecorandum praefatam Strzelnen[sem] Ecclesiam ut pote unam ex insignioribus Dioecesis nostrae humiliter supplicamus. Cui praeiudicare possit qua in suis tantum propriis Eclessiis d[ic]to Pr[a]ep[osi]tu seu usurus non videmus.

Ad 8. Praepositus modernus ordinis sui in Regno Poloniae commissarius est generalis et communiter quoque Antecessoribus ipsius munus demandari solebat. Haec ita se habere bona fide attestor cum subscriptione manus meae et sigillo obsignatione [39r] iri Arce nostra Ravaeznen[si] die quarta Mensis Januarii, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Septimo. M[atthias] Lubienlj¹² [sic] Episcopus Vladislaviensis et Pomeraniae.

(^{a-a}) charta lacerata, avulsa (^{b-b}) vocabula illegibilia

A. 5.

Congregatio de Propaganda Fide Mario Filonardi

[Romae, IV 1636]

In margine copiae epistulae aepi Torosowicz, quam nuntius ad Congregationem misit, supra scripta est minuta instructionis-commentarii ad Marium Filonardi.

Min.: SOCG 293, f. 102r-103r. Minuta in marginibus copiae epistulae.

¹² Matthias Łubieński (1572–1652), epus Culmensis ab a. 1621, epus Posnaniensis ab a. 1627, epus Cuiaviensis-Pomeranus ab a. 1631, aepus Gnesnensis ab a. 1641 (pallium a. 1643 accepit). Vitam eius scripsit W. Urban, *Lexicon Biographicum Polonorum*, t. XVIII, p. 491–493. Marius Filonardi ad Matthiam Łubieński scripsit, quia Slena in eius dioecesi sita fuit.

Instructio continens spectantia ad negotium Rev.mi D[omini] Nicolai Torosovicii Archiepiscopatus Nationis Armenorum ad Ill.mum et Rev.mum D[ominum] Nuncium Apostolicum.

Intelligat[ur] modus et ratio, qua possit futurus successor ad retinendam unionem mihi in Coadiutorem substitui, quod tanto citius fieri debet quanto pluribus iisque obviis periculis vitae sum expositus. Quia tamen ad Sacram Regiam Maiestatem ius presentat[i]onis, imo hactenus et[iam] collat[i]onis pertinuit vereor, ne id motu proprio facere velit, et Privilegium cum fenestra, in quo nomen, et cognomen succ[essor]is scribi possit exhibere si non prius S[ua] S[anct]itas I[te]ris suis ab eo impetraverit. Quod nisi factum fuerit, timendum est ne cum Morte mea Unionis memoria perp[et]uum intereat, et gens tota extremi supplicii poenas subire cogatur.

(^a-De Coadiutore agendum Romae. Videndum aut[em] in primis, an sit necessarius assensus Regis. ^{-a})

Cum intra Regnum totius Nationis conversio maxime ex Sacerdotibus pendeat, quos Schismatici vitae eis subsidia ministrando retinent, proclive est illos ab eis revocari, si alimenta possint a me illis suppeditari. At cum per indigentiam nec eos qui mecum sunt iux[ta] necessitatem valeam diutius sustentare nec ipsos propter ademptos redditus et bona Ecc[lesiast]ica subsistere supplicandum esset quam primum: vel Suae M[aiesta]ti Regiae, et in favorem Ecc[lesi]ae poss[ess]ionis et unionis Decretum ferat, vel, quod magis optandum est (ad quam et[iam] partem piae memoriae Parentes Suae M[aiesta]tis inclinaverant) ad Ill.mam Celsitud[in]em V[est]ram causam cum toto eff[ect]u quoad personas et bona Eccl[esiast]ica remittat, vel Sac[rae] Cong[regationi] proponendum, et supplicandum, et pro me, Sacerdotibus, Religiosis quoque personis, qui mecum in conversione Nationis adlaborant, unde tandem subst[en]tari possimus provideat, ut his subsidiis adiutus quam primum ad Un[ivers]alem Conversionem totius Nationis in Orientem iter destinatum serie mora ex (^b-valeam^{-b}). (^a-Clarius informet an super ista Reddituum et Bonorum subtractione, et an pro recuperat[i]one sit lis introducta, quo casu sollicitanda exped[iti]o.

Si non est introducta, non est differendum, sed iure agendum coram iudice competenti contra occupatores et detentores. Potest Idem D[ominus] Archiepus scribere ad S[acram] Cong[regationem] nisi ei ista significaverit dum erat in Urbe. ^{-a})

Ne in posterum Viri Catholice instituti et docti in hac Natione desiderent[ur], opere praetium erit subiecta idonea ad ediscendas I[te]ras a me ad Seminaria Pontificia ablegari. Et iux[ta] concess[i]ones S[anctissimi] D[omi]ni N[ostri] ibidem possint disponi ad Un[ivers]ales missiones in Orientem faciend[as]. Verum cum usus huius gr[ati]ae, et modus procedendi mihi sit ignotus inter (^c-[...]-^c)

(^aPetenda est fundatio Collegio[rum] et, nisi repugnatur, agend[um] cum eor[um] Rectoribus et petenda a S[acra] Cong[regatio]ne de propag[anda]^{-a})

[102v] ab Ill.mo D[omino] Nuntio Apostolico quo pacto id facere debeam, ut in perpetuum haec facultas continuari, et execut[i]o[n]i mandari valeat.

Quia ad importunam Schismaticorum instantiam sub tempus Peregrinat[i]o[n]is meae dum Romae tunc temporis commorarer, Sua Regia Maiestas Ecclesiam meam Cathed[ra]lem claudi permisit, et claves ad se deferri iussit, ne ibidem ultra biennium reclusi apparatus [corumpantur] (quod vehementer optant, et desiderant Schismatici). S[uae] R[egiae] M[aiestati] supplicandum, ut aperiri (^b[...]^{-b}) cum nihilominus dimidia parte templi et ego ipse et mei utant[ur]. (^aAgendum cum Ser.mo Rege. Certiores interim D[ominus] Archiepiscopus Armenus, quid fecerit de I[te]ris quas secum attulit ab Urbe et Viennae [sic] ab Imperatore obtinuit, an eas dederit, et quod responsum, quisve effectus inde secutus sit.^{-a})

Supplicandum Sedi Apostolicae, ut litterae quas Romae sive ad Communitatem sive ad aliquos Regni proceres expediri contingit non Congregationis nomine, aut sub eius sigillo, sed nomine S[anctissimi] D[omini] N[ostri] sub sigillo Suae Sanctitatis mittant[ur], tales enim suum robur, et valorem habere consueverunt, aliae vero apud inperitos rerum aestimatores pro privatis solummodo habent[ur]. Huiusmodi autem I[te]rae ad Communitatem Nationis Armeniae a S[anctissimo] conveniens esset expediri. Quia tametsi Schismatici sint magni, tamen aestimarent se ab illa Sede ad Unionem cum Ecc[lesi]a Cath[olic]a vocari, et sibi me in Sede Archiepiscopali collocari sine quibus alioqui nec mihi nec instrumentis meis fidem adhibere volunt, multo magis si et[iam] continerent me a Sancta Sede Apostolica illis in Archiepiscopum leg[iti]mus datum esse.

(^aIdem D[ominus] Archiepiscopus ista proponat S[acrae] Cong[regatio]ni, quae dabit litteras quas, quibus et quomodo censebit opportunas^{-a}).

In hoc quoque auctoritas Sanctae Sedis Apostolicae interponi deberet, ut protectorum munia in defendendo, et promovendo (^b[...]^{-b}) Ecc[lesi]ae meae, certis in hoc Regno personis nomine S[anctissimi] D[omini] N[ostri] commendaret[ur], quorum suffragiis nullus refragori, aut auderet, aut posset, huiusmodi essent Ill.mus D[ominus] Stanislaus a Konecpole Castellanus Cracoviensis¹³, Generalis exercituum regni Dux, D[ominus] Stanislaus a Luborinz Palatinus Russiae, Comes in Wisniez¹⁴. D[ominus] Thomas

¹³ Stanislaus Koniecpolski (circa 1594–1646), exercituum Regni Poloniae capitaneus generalis ab a. 1632, castellanus Cracoviensis a. 1633–1646; vitam eius scripsit Wł. Czaplinski, *Lexicon Biographicum Polonorum*, t. XIII, p. 523-527; *Magistratus summi et aulici*, t. X, p. 175; *Magistratus palatinatus Cracoviensis*, t. IV, p. 233.

¹⁴ Stanislaus Lubomirski (1583–1649), v. adnot. 395.

a Samoscie¹⁵ [sic] Supremus Regni Cancellarius¹⁶, Generalis Cracoviensis, D[ominus] Tysskievitz Palatinus Kiovensis¹⁷ praeter hos quos protectorum loco, mihi Sancta Sedes Apostolica adhiberet, cuperem ad alios litteras commendatitias dari, potissimum ad Ill.mum ac Rev.um D[ominum] Archiepiscopum Gnesnensem Regni Primatem¹⁸ et Archiepiscopum Leopoliensem¹⁹ tunc, et D[ominum] Capi[ta]neum Camenecensem D[ominum] Jacobum Sobieski²⁰ [103r] Incisorem Regni Crasnostaviensem [sic] Cap[ita]neum. Gratiae quoque agendaessent, sive ab Ill.ma Cel.[situdine] Vestra sive a S[acra] Cong[regatio]ne Ill.mo Domino Supremo Regni Cancellario²¹ pro praeteritis favoribus, quos in ea causa manifestis argumentis declaravit, Ill.mo et M[agnifico] Domino Capitaneo Leopoliensi Bonifacio Mneyzek²² [sic] qui pluribus actibus eregie suam operam Ecclesiae inpendit spectabilibus, et Excelle[ntibus] Proconsuli et Consulibus Civitatis Leopoliensis²³ quorum major pars sem[per] pro partibus Ecclesiae stetit.

(^a-Gratias agam libenter istis Viris, eisque commandabo vehementer Unionem Armenorum. Quod jam factum est.^{-a})

Agendum cum Ill.mo Domino Nuntio Apostolico, utrum in Processionibus funeralibus a r[at]ionibus ritus mei discedere debeam, cum sit non nemo cui aliqua displicent, potissimum usus Pastoralis, Mitrae Pontificiae et pluvialis quibus ex ordinat[i]one S[anctissimi] et[iam] Romae mihi uti licuit; Utrum ad dispergen[dum] prophanos cetus Schismaticor[um] uti debeam Mag[ist]ratus politici (^b[...] ^{-b}) ad accipiendos Sacerdotes Schismaticos, et an eosdem in carceribus detinere debeam. Rogand[us] erit Ill.mus Dominus Nuntius, ut in commissis negotiis Sac.mae Cesareae Maiestatis. Ill.mo D[omino] Comiti ab

¹⁵ Zamoscium.

¹⁶ Thomas Zamoyski (1594–1638), vicecancellarius Regni Poloniae ab a. 1628, postea cancellarius Regni et capitaneus generalis Cracoviensis ab a. 1635; Magistratus, t. X, p. 56; t. IV, p. 273-274.

¹⁷ Ianussius de Łohojsk Tyszkiewicz, palatinus Kioviensis circa a. 1630–1649. A. S. Radziwiłł, Memoriale, t. I, p. 99, t. II, III passim.

¹⁸ Ioannes Wężyk.

¹⁹ Stanislaus Grochowski.

²⁰ Iacobus Sobieski (1590–1646), legatus et marescalcus comitorum, capitaneus Crasnostaviensis a. 1624–1644, a. 1628 incisor Regni, a. 1636 pincerna Regni factus est, etiam alios magistratus gessit, commentarios scripsit. Magistratus palatinatus Cracoviensis, t. IV fasc. 2, p. 258; vitam eius scripsit J. Długosz, Lexicon Biographicum Polonorum, t. XXXIX, p. 483-490.

²¹ Thomas Zamoyski.

²² Stanislaus Bonifacius Mniszech (obiit 1644), capitaneus Sanocensis a. 1602–1613, capitaneus Leopoliensis a. 1613–1644; Magistratus palatinatus Russicae saec. XIV–XVIII (terra Haliciensis, Leopoliensis, Premisliensis, Sanocensis), ed. curavit K. Przyboś, Vratislaviae 1987, t. II, fasc. 1, p. 152, 294, 367. Lexicon Biographicum Polonorum, t. XXI, p. 486-487.

²³ V. adnot. 239.

Altan²⁴ et D[omino] Nuntio Apostolico ad eandem Caesaream Maiestatem suas litteras quam primum expediri vellet.

(^a-Utatur iis que sibi in publico vel alias a Sanctissimo sunt permissa, et quibus Predecessores uti consueverunt. Si quam habet difficultatem, consulat Sacram Rituum Congregationem. Interim evitet omnes altercationes cum Ill.mo Leopoliensi Archiepiscopo, cuius auctoritati par esse non potest.

Potest implorare auxilium brachii [saecularis] ad coercendum prout Iuris Sacerdotes sibi subjectos hoc aut[em] medium adhiben[dum] jux[ta] terminos Iuris, et cum [cogat] necessitas et alia suaviora non operentur.

Ipse D[ominus] Archiepiscopus Armenus scribat Ill.mo Nuntio apud Caesarem residenti, ad quem et ego dabo litteras, prout iam dedi.^a)

(^{a-a}) textus a Congregatione de Propaganda Fide supra in marginibus scriptus (^{b-b}) vocabulum illegibile (^{c-c}) charta lacerata

²⁴ Michael Adolfus comes de Althan (1574–1636).